Marcio Coriolano et C. Mario ſummis alioqui viris
defuiſse oſtendit. Cui, inquit, ſi Muſis Gratiisq; litaſſent, in
impetu ablati tam foedum ac turpem rebus ſuis exitum dediſ-
sent. nec tamen deſidere, aut in mediatrunculis Principem in-
ſeneſcere volunt Politici: quum illi praecipiunt potius, ut nec
nihil, neq; omnia diſcat. Certe, ut qui ignem à vicino
petunt, non illi haerent, ſed ablato eo domi focum ſuum ac-
cendunt: ſic capiendi à doctrinâ igniculi illi prudentiae,
et ad uſum actionemq; civilem ſunt transferendi. Modus
remue tenendus Principi. Nec enim immerito Julianus
Defertor, quem Idolianum et Piſaeum, et Adnaeum et
Tauricremum, Melampum et Proteum, Chymaeram, Cer-
berum et Scyllam Nazianzenus vocat, male audiebat olim
tanquam literarius Graculus quod Libanio ſuo Sophiſtae nimi-
um deditus. Nec et Adrianus extra culpam affectatae ſupra
modum doctrinae. Peccavit pariter Alphonſus X. Caſtiliae Rex
melior Aſtronomus quam Princeps. At verò quanto celebri-
or Servius, poſtea Rex, apud Hiſt. Lat. Principem Livium:
quod eruditus artibus ipſe fuerit, quibus ingenia ad magnae fortu-
nae cultum excitantur. Atq; tales, neq; alias, in Principe
ſuo laudatus Lipſius quaerit artes, creditq; eas triplices
eſse. ad ſplendorem, ad prudentiam, ad virtutem. Primi generis
ait: Vir omni major invidiâ, Eloquentia est linguarum ſcien-
tia: quibus vel in legationibus audiendis, vel in conſiliis, vel
in publicis colloquiis opus habet Princeps. Ad prudentiam
Politica et Hiſtoriae, quas Principum fontem dixeris, fa-
ciam faciunt. At verò tertii generis Artes ad Virtutem.
Principem enim probum moribus, ingenio modeſtum, con-
ſtantem adverſum metus, aequi amantem eſse publice expe-
dit: et haec talia per doctrinam etiam inſeruntur. Ethi-
ca id faciet, et quam verè ac propriè Philoſophiam licet
dicas. Habetis A. B. carptim verbis Lipſii è totidem
artibus artes ſelectiores, quae Principem maximè exor-
nant, quibus item Bonus Princeps instar ſplendidiſsimi
Solis Rempublicam ſuam illuſtrare feliciter poteſt. Cum